





M. Anto
l. prima
tonis
Historie
d. vita
Apostol
Arauf
Zed A
d. abs
d. Athae
offissim
d. Auro
Anok
Algeb
Aetern
Anim

Engar

No. IX.

MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquisitioni submittuntur

Respondens

CHRISTIANUS de BRAND.

& Opponentes

DD. BRAND. ET MANN.

d. 25. Februar. M D C C I I.

Francfurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZIL

-152, IV



I.

Fiscus licet invito socio rem communem vendere possit in solidum, modò pars pretii socio præstetur,
L. 2. C. de Comm. Rer. alien.; Non tamen potest eandem in solidum, oppignorare, cum tamen oppignoratio sit minor species alienationis, qvam venditio.

II.

Valet quandoqve oppignaratio Feudi a Vasallo facta, etiam invito Domino; Ast ususfructus ab usufructuario nec vendi nec oppignorari potest, licet penitus obstat vividetur *L. II. §. 2. ff. de Pignor.*

III.

Minor, etiam si ætatis veniam impetraverit, non tamen potest oppignare prædium suum sine decreto Judicis impetrato.

IV.

Liber homo qvamvis non sit in commercio, in quibusdam tamen casibus oppignorari potest. Ast libri studiorum necessarii, licet in commercio sint, oppignorari non possunt. Multominus sacer textus Judæo oppignorari potest, sub facultate distrahendi, vel in solutum retinendi, nisi intra statutum tempus satisfiat.

V.

Potest servitus non tantum promitti, sed etiam quandoque constitui etiam sine prædio existente.

VI. Ser-

VI.

Servitus altius tollendi propriè servitus non est in eo sensu vulgo accepta , dum qvis ædes suas altius tollere cogitur. Id enim adversatur naturæ servitutis , quæ in patiendo consistit. Ideoqe alio sensu veram esse servitutem admittimus, qvando nimirum vicinus meus pati cogitur, ut cum ipsius damno contra formam veteris ædificii altius extollam ædes meas.

VII.

Servitus verò altius non tollendi, & ne luminibus officiatur, eadem ferè species est servitutis , sed ratione modi tantùm secundùm magis est minus inter se differunt.

VIII.

Distinctio inter usumfructum causalem & formalem adæqvata non est, multisqve rationibus oppugnari posset, toleranda tamen est ex aliis non plane iniquis causis.

IX.

Ususfructus qvamvis servitus sit, potest tamen pro parte divisa, vel indivisa constitui , cum tamen natura servitutum non patiatur divisionem.

X.

Amittitur Uusufructus mutatâ agri formâ. Ast feudum retinet eo casu Vasallus.

X I.

In qvasi Uusufructu constituto , cùm satisdatio præstari debeat, de substantiâ non quidem in specie, sed in genere conservandâ , eam heres quidem legatario re-

remittere potest, non vero ipse testator Dominus.

XII.

Habitationis & Usus servitutes ita sibi invicem implexae sunt, ut difficulter distingui possint. Plus tamen est in habitatione, quam in usu ædium; quæ distinctionis ratio convenientissima videtur. Ceterum habitatio à marito uxori relicta, ut cum liberis ibi moraretur, contemplatione liberorum magis quam uxoris relicta præsumitur. Et hinc morte matris manent nihilominus liberi in habitatione.

(o)

¶

¶

X

XI

01 A 6541

f



3

TA -> OL

b18
v12



B.I.G.

Black
3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

No. IX.
**MISCELLANÆ
THESES**
Quas

Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO

**JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.**

privato - publicæ disquisitioni submittunt

Respondens

CHRISTIANUS de BRAND.

& Opponentes

DD. BRAND. ET MANN.

d. 25. Februar. M D C C I I.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIAE SCHWARTZIL.

